

A cauda pedes illorum multis nexibus complicant, ita ut nequeant moueri: deinde in caput assurgentess, oculis que tanquam fulgere incensis, elephantonrum usum obumbrantes, ad terram defectos comedunt. Nunc de reliquis Arabici sinus oris scribemus, partim a nobis Alexandria ex regum commentariis, partim ex his qui uiderunt perceptis. Hæc enim orbis portio, insula quoque Britannia, & loca ad Arctum sita, paucis nota sunt. Verum de regionibus que Arctum spectant, de que Britannicis rebus tum referetur a nobis, cum C. Cæsar, qui Romanum usque ad Britanniam imperium protrulit, easque oras incognitas antea, notas effecit, gesta complectemur. Arabici sinus ostia patent ad Oceanum, quæ meridiem respicit, plurimum stadiorum longitudine, quæ Arabie Troglodytarum per finibus terminantur: ostijs reliqui sinus latitudo decem & septem stadijs patet: a portu Panormi ad oppositum Epitum diei unius nauigatio. Plurimum uero distat circa Tirituni montem, ubi ita latum est mare, ut Epitum minimè inuicem aspiciantur. Ab hac latitudine paulatim clauditur usque ad ostium eius. Is sinus multis in locis insulas continet magnas, quas inter arcus est nauium cursus, maris uero fluxus uehemens ac multus. Hic situs est Arabici sinus, cuius ab ultimis locis ordientes, utrinque nauigandi modum, quæc in eo sunt memorata digna recensebuntur. Et primum dexteram sumemus littoris partem: quam usque ad desertum habitant Troglodytae. Ab Arsinoë ciuitate iuxta dextrum continens euntibus, uarijs in locis ex axis in mare emananta quæ sal-sedine amara. Ultraquas latis campis mons imminent uiridi colore, qui continuo aspicientium usum corripuit. In montis radicibus stagnum est difficile ad nauigandum, nomine Aphrodites, ex tribus quæ in eo sunt insulis, duæ olivæ ac fucus abunde ferunt, tertia his arboribus deficiens, meleagridis, ut appellant, reserta est. Post hæc sinus est ingens nomine Acatheatus, in quo Cherroneus angusto aditu iter nauigantibus ad oppositum mare praebet. Ultra hæc loca insula est longitudine stadiorum octoginta, nomine Ophiales, olim deserta cultoribus, ob serpentum (unde & nomen sumpit) in ea diuersantium multitudinem. Postmodum regum Aegypti opera serpentibus purgata est, ad cultum per redacta, ita ut nulli in ea amplius conficiatur. Non autem pratermitenda uidetur causa, qua hanc insulam serpentum molestia cura hominum liberauit. Inuenitur in ea insula Topazius lapis, utro similis, colore aureo. Cuius accessus omnibus est interdictus, pena mortis ad eam nauigantibus statuta. Pauci custodes insulae præsunt, uitam miseram ducentes. Ne quis enim eos lapides furto auferre possit, nulla penitus in insula nauis relinquitur. Qui propè nauigant, regis timore haudquam propinquant insulæ. Nutrimentum deferentes euestigio abscedunt, cibo relicto. Cæteri propinquæ insulam non adeunt. Deficiente cibo ad littus sedent omnes, uita sublidiū expectantes. Hos qui deferunt, ut tardos sapienter incusant, uelut in extremo uita positi. Hic lapis in petra nascitur, die ob solis splendorem minimè apparet. Noctu in umbral lucet, prout ostendens quo sit in loco. Custodes forte diuisi, ad loca ubi latet Topazij, accedunt. Quem ubi noctu splendentem conspexere, locum splendentem lapidis designant: eum postmodum die excisum, opificibus tradunt, qui ex eo Topazium elicant. Propinquæ littora maiori ex parte Ichthyophagi habitant, & pastores Troglodytae. Montes insuper sunt usq; ad Sotera portum contigui, qui nomen hoc à Græcis primùm eò prospere nauigantibus accepit. Deinceps Syrius est Arabiam versus, cuius regio ac mare altam à priori naturam habet. Nam continens humilis est, nullis collibus elatus. Mare non amplius tribus passibus profundum, colore admodum uiridi. Quod ferunt minimè natura aqua cōtingere, sed quia alga reserta est: locus ad nauigandum facilis, nulli subditus tempestati, multisc̄ re fertus pescibus. Naues quæ elephantes uelunt, tum profunde, tum pondere